Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

Caput 6 [7]tum

urn:nbn:de:bsz:31-108631

Visual Library

cis tu, qui per latam portam ac spatiosam viam, quæ ducit ad perditionem ambulas? Ah unica tibi est anima, cuius saluti consulenda omnes adnisus tuos impendere te oportet, et tamen, quàm rara, quàm modica, quàm remissa pro eadem sunt opera tua: Vnica est, quâ perditâ omnia sunt perdita, idq; irrevocabiliter in omnem æternitatem, ita quidem, ut per eam futurus sis miserrimus, flammisq; inextinguibilibus cruciandus. Hæc cogita, hæc seria mente pervolue, sitq; anima tua in manibus tuis semper, ut vivas Deo, vivasq; æternitati.

Caput 6tum.
de
Conscientia scrupulosa

Quandoquidem conscientia scrupulosa instar horrifici spectri iis, qui in Christo Jesu pie vivere volunt in via salutis se spectabilem præbet pannicumq; terrorem incutere solet; hinc non abs re erit, si omnem impendamus operam, quatenus

molestissima huic grassatrici
quantum Deus daturus est
larvam detrahamus ~~valeamus~~.
Quod ut facilius ac planius
assequamur praeter caput
in varios dividimus articulos.
Sit igitur

Articulus 1.mus

De Conscientia Scrupulosa natura

Conscientia Scrupulosa sa Scrupulosi dicta, eo quod instar scrupuli seu lapilli calceis inclusi pedemq; vexantis animo insidens eum diveret, et agitet: sa nobis cap. 2. definiebatur, quod sit apprehensio de malitia operis sed levissimis et interdum ridiculis nixa rationibus. Voce tantum differunt ac re ipsa coincidunt diversa aliorum definitiones, utputa S. Antonini p. 1. tit. 3. c. 10 §. 9. dicentis Scrupulus est quaedam vacillatio cum formidine ex debilibus et incertis conjecturis &c. Item Vasquezii hic disp. 67. c. 2. est levis quaedam suspicio seu existimatio ex levibus orta rationibus seu fundamentis. vel secundum alios. Est suspicio inani ratione nixa, indeq; natus timor et anxietas mentis alicubi peca-

tum esse vel fuisse, ubi revera nihil est. Et hac ultima definitio videtur conscientiae scrupulosae naturam ~~pe~~ in primis exprimere, Vnde huius estoque sequens explicatio.

Dicitur 1.mo Suspicio, quia conscientia scrupulosa neutiquam determinatè judicat, aut practicè dubitat aliquid esse peccaminosum, sed solâ suspicione mali ex inani motivo titubat, fluctuat, et anxiè formidat esse vel fuisse peccatum.

Dicitur 2.do inani ratione nixa per quae verba conscientia scrupulosa ab aliis conscientiis potissimùm differt, nulla enim earum rationibus ~~non~~ inanibus futilibus ac ridiculis innititur quemadmodum conscientia scrupulosa.

Dicitur 3.tio Judeq; natus mentis seu anxietas mentis; licet enim conscientia scrupulosa principaliter in actu intellectûs sita sit, non tamen in eo sistit sed etiam in voluntatem diffluit, in quantum in ea

quandā formidinem ac anxietatem de peccato causat, unde scrupulus partim est in intellectu, qui putat erratum, ubi non est, partim in voluntate, quæ timet, ubi non est timor.

Dicitur 4to alicubi peccatum esse vel fuisse, ubi re ipsâ nihil est; quamvis enim conscientia scrupulosa principaliter versetur circa actiones hîc et nunc exercendas, timendo nimirum, ne hoc, quod intendit operari, peccatum sit, nihilominus se etiam extendit ad præteritas, dum videlicet anxiè formidat, an non suggestioni v.g. turpi consensum præbuerit? an omnia sit confessus? an sufficientem habuerit dolorem? Et ista fluctuatio seu remorsus scrupulorum periculosior est priori, ut benè animadvertit Sylvester verbō scrupulosus, sic inquiens: Scrupulosus est duplex: quidam enim est scrupulosus in recognoscendis peccatis præteritis, et timoratus in vitandis futuris, et iste communiter benè finit. Quidam verò est scrupulosus in cognoscendis præteritis, et in cavendis futuris negligens, et

efferatus; et iste videtur aeternae damnationi propinquus.

Articulus 2.dus
Quaenam sint causae scrupulorum?

De ortu ac causis scrupulorum pulchrè disserit D. Antoninus loco supra cit. his verbis: Causatur ista scrupulositas inducens tempestatem multorum malorum quandoq; ex complexione ad timorem idonea, ut est complexio frigida: puta in foeminis vetulis et melancholicis; timor enim naturaliter secundum Damascenum cor constringit, sicut et frigida constringunt et congelationem faciunt, ad quem motum contractionis imaginatio movetur à timoris dispositione; ita ut concipiat quis, aliquod esse futurum malum et per consequens fugiendum.

Quandoq; causatur scrupulus ex aegritudine manica vel melancholica, quae est infirmitas capitis; per quam laditur imaginatio, et quandoq; ratio....

B

Causatur et aliquando scrupulus ex tentatione diabolica, potestatem Diabolo deo permittente movere melancholicos humores in homine, per quos imaginatio, vel errare, vel turbari ~~ad~~ potest ad timorem inordinatum.

Aliquando verò procedit scrupulus ex regiminis corporalis negligentia scil: per nimiam abstinentiam vigiliis et huiusmodi. Unde D. Hierongymus, rationalis hominis (inquit) dignitatem amittit, qui vel ieiunii charitati, aut vigilias praefert sensus integritati, ut per immoderata abstinentia, atq; indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem, aut amentia, aut tristitia, idest melancholia notam incurrat.

Rursus causantur subinde scrupuli ex societate timidorum; nam unus scrupulosus faciit aliunam unus scrupulosus.

Praeter has causas, quas iam ex D. Antonino recensuimus possunt adhuc alia huc referri, utputa 1mo Respectus humanus et superba sui ac scientiae suae confidentia; et haec plerumq; apud doctiores locum habet, saepe enim contingit, ut hi à Patre superbiae infernali serpente

variis suggestionibus attentati, paulatim in dubia, ac demũ in scrupulos incidant, Deo sic permittente ad eorum retundendã superbiã.

2do Inordinatus amor sui ipsius et ex hoc amore nimia sollicitudo cavendi omne id, quod speciem mali habet. Dũ enim huiusmodi homines continuò sibi insinuant; cave peccatum, cave tibi, sine causa se ipsos intimidant.

3tio Nimia mentis applicatio ad Dei inscrutabilia judicia, ac continua Novissimorum memoria; hæc enim cor constringunt, ac varias in animo anxietates pariunt.

4to Voluntas Dei. Sæpe enim immituntur scrupuli à Deo miserante, quo nos ~~purg~~ vel purget à malis admissis, vel retrahat ab admittendis, tum etiã ~~nos~~ ut nostrã domet superbiam et humilitatis exercendæ subministret materiam.

5to denique inter causas principales scrupulorum meritò recensari debet ignorantia, quando nimirum Dei aut Ecclesiæ præcepta perperã intelliguntur, quando discerni nequit

inter judicium speculativum et practicum, inter suggestionem malam et consensum in illam, inter gravem et levem culpam &c.

Removenda igitur sunt huiusmodi causae, ita concludit D. Ant. cit. loco, ne ipsa pusillanimitas tempestatem inducat, et demum in infernum devolvat, quod inde consequi ostendit psalmista qui postquam dixit: non me demergat tempestas aquae, subdit neq; absorbeat me profundum, id est infernus. Sed priusquam id praestemus, quaedam alia praemittenda sunt.

Articulus 3tius

Utrum scrupuli quandoq; sint utiles?

Plures afferri solent rationes, quibus probantur scrupuli interdum esse valde utiles, nec pauciores adducuntur quibus evincuntur esse summoq; nocivi. Rationes, quae eorum utilitatem demonstrant, sunt potissimum sequentes.

1ma est; Quia scrupuli multum conducunt ad purificandam conscientiam, ut art. praecedenti iam innuimus; hinc fit, quod qui in vita variis fuit afflictatus scrupulis cum

gaudio mortem excipere soleat ex recordatione, quod pietatis operibus, ac cordis munditiei sedulam impenderit operam.

2da est, quia perducunt specialiter electos ad quendam perfectioris vitæ statum, quos enim Deus ad sublimiores perfectionis gradus provehere decrevit, prius ~~ex~~ variis mentis aridtatibus, arcietatibus, ac scrupulis eos exercitare ¶ ut testantur varia SS: exempla.

¶ sæpe sæpius consuevit

3tia est, quia plurimum inservient ad humilitatem acquirendam; clarè enim dignoscit scrupulosus, quàm multis repleatur miseriis, quàm alienus sit à vera sapientia, quantis ignorantiæ tenebris sit involuta mens eius; videt præterea, quod ipse sibi non sufficiat, sed alienô opus habeat judiciô, quô instruatur dirigatur, et suis relevetur angustiis.

4ta est; quia multum faciunt ad hoc, ut quis postea alios iuvare ac dirigere valeat; qui enim non est tenta-

tus, quid fiet? Eccles. 34. Vo=
de saepe contingit, quod illi,
qui a Deo destinati sunt, ut
suo tempore animas scrupulo=
sas dirigant, prius variis agi=
tentur scrupulis, quatenus di=
cant compati huiusmodi afflic=
tis, noverintque congrua eis ap=
plicare media.

Sta est, quia augent meri=
ta, eo quod huiusmodi dolores
mentis longe sint graviores
ac molestiores, quam dolores
corporis, hosque scrupulosi ex
hac sola sustineant causa, ne
videlicet Deum offendant.
Praterea per eos redduntur
attenti ac solliciti, ut ad Deum
omnia dirigant, ~~qui nolunt ne~~
~~[illegible] Gloriam operibus~~
~~[illegible]~~.

Dices forsan; Si ita est; ergo
scrupuli neutiquam rationem
habent vitij, sed potius virtu=
tis, ac proinde sunt fovendi,
minime depellendi; Praser=
tim cum dicat D. Gregorius in
Epist. ad S. Augustinum Anglo=
rum Episcopum: Bonarum men=
tium est, ibi etiam culpas
agnoscere, ubi culpa non est.

R. deo Quod diligentibus
Deum omnia cooperentur in
bonum. Tanta enim est Dei
erga electos suos providentia pie=

tas, ut ea, quæ in eorum vergerent perniciem, vertere sciat in salutem. Ad illud D. Gregorii dictum respondent Navarrus Gerson et alij esse id quidem signum animi ad bonitatem propensi, per se tamen bonum non esse, sed scientiæ et judicii defectum. Fit igitur per accidens, quod scrupuli conducant ad salutem, nam per se, ~~cum~~ rationem habent ~~et~~ vitii, disponunt ad ruinam spiritualem, quemadmodum ~~quemadmodum~~ rationes, quas iam sumus allaturi ad ostendendum, quod scrupuli sint valdè nocivi, patam facient, sunt autem sequentes.

1ma est; quia impediunt multa bona opera, dum tempus multis vanis ac inutilibus cogitationibus prodigunt.

2da est; quia reddunt animam intricatam, desolatam, tristem ac perplexam, ita quidem, ut eam sæpe tædeat vitæ suæ, nilque boni agere libeat, et sic velut tempestas, sunt verba D. Antonini, quæ descendit in ægiptum,

consumpsit omne quod reperit viride, sic tristitia procedens ex scrupulo consumit vigorem et robur animi.

3tia est, quia desperationem inducunt. Pusillanimitas, ait D. Bernardus parat perturbationem, perturbatio desperationem, desperatio verò interimit; quod maximè iis evenit, qui ~~ne~~ ne ignorantes, perplexi aut scrupulosi audiant, aliorum consilia negligunt inquirere, aut inquisita ad trutinam vocant, contraniten tes quantùm possunt proprio potius quam alieno timoratorum licet virorum judicio innitentes; sicq; novis diabolicarum fraudum vinculis se se illaqueant, donec angustiis animi identidem praeoccupati, ex fide agere desinant, et merendi copiâ destituti hereditatem suae aeternae gloriae vertant ad extraneos.

4ta est, quia destruunt valetudinem, attenuant caput, confundunt intellectum, ut indicandi vim amittat; nam sicut in aqua turbida nil clare videre est, sic in intellectu passione scrupuli obscurato nullum iudicium rectè formari potest.

5ta denique est, quia reddunt hominem insignibus licet talentis praeditum ad omnes functio-

nes ineptum, et quod peius est saepè redigunt ad insaniam vnde Lepidum axioma: Scrupulositas est 1ma tonsura ad stultitiam. Haec de utilitate et nocumento scrupulorum dicta sufficiant, iam ad eorum signa transeamus.

Articulus 4tus

Quanam sint signa quibus scrupulosus dignosci queat?

De signis scrupulosae conscientiae, quaedam iam discreuimus cap. praecedenti, praestat autem modò accuratius in eorum notitiam indagare; siquidem haec apprimè est necessaria cum inter scrupulorum remedia merito 1mum sit agnoscere se esse scrupulosum; ignoto enim et supposito vulneri, tarda medela est, cum econtra morbi notitia sit dimidia sanitas.

Porro hic maximâ discretione ac prudentia opus est, nam quidam pro scrupulosis reputantur, qui tamen re ipsa tales non sunt; si quis enim timorem Domini pro oculis habeat, se=

dulos, adlaboret, ut etiam à venialibus immunem servet conscientiam, statim audit scrupulosus; sed planè immeritò, nam justa ac prudens est sollicitudo, ne Deus in minimo offendatur. O quam verissimum "illud est" Elizarde dictum, stultus mundus timorem Domini scrupulos vocat, et conscientias fascinat.

E contra quidam scrupulositate infecti sunt et tamen ut tales ab aliis aut saltem à semetipsis minimè diiudicantur; Novi quemdam hoc "animi morbo summopere laborantem, qui tamen id vix sibi persuadere poterat, unde et tergiversabatur uti scrupulosorum privilegiis, ne per hæc se exponeret periculo peccandi.

Quatenus igitur huiusmodi ignorantia penitus tollatur, ac quilibet facilè dignoscere possit, an sit scrupulosus nec ne? Quæ iam subiicienda venient benè observanda sunt.

Itaque observandum est 1.mo, quod is, qui meticulosa est conscientia, communiter iudicare non possit, an sit scrupulositate irretitus nec ne; sed judicium hoc aliis viris doctis præsertim iis, qui in conscientiis diiudicandis experientiâ adepti sunt,

relinquendum est; cuius ratio est; quia cum ob nimias anxietates huiusmodi pusillanimium hominum intellectus confundatur, ac vis iudicandi perturbetur, sic in rebus propriis iudicium rectum ferre non possunt, Vnde totum id committere debent aliis praesertim conscientiae suae directoribus.

Observandum est 2do quod ii, qui post vitam in magnis sceleribus traductam arguntur, ita quidem ut per sacramentalem confessionem sibi satisfecisse non videantur, ac proinde confessiones repetere sollicite avcant, propterea necdum habendi sint pro scrupulosis, /: modo hac anxietas ad longum tempus se non extendat :/ quia verisimile est, quod huiusmodi homines in prioribus confessionibus numerum peccatorum, aut circumstantias etiam speciem mutantes non semper, pro ut oportuisset, exposuerint.

Observandum est 3tio Quod si quis post peccatum commissum magnas patiatur angustias nec nisi cum anxietate confiteatur,

nentiquam ceu Scrupulosus, sed potius ut timoratus censendus sit; habet enim justam causam sui anxietatis, cum in peccatum proruens tantum, ac tale malum commiserit, quo maius excogitari ~~non potest~~ nequit.

Observandu est 4to Quod hoc nomen Scrupulosq solummodò de iis dicatur, qui scrupulositatis habitum contraxerunt; sicut enim non dicitur ebriosq, qui raro se inebriat, sic nec Scrupulosus, qui raro v.g. in uno tantum vel altero casu ex scrupulo operatur, Unde „talis scrupulosorum privilegia quo ad usum nequaquam sibi appropriare poterit.

Observandu est 5to Quod sæpè contingat, ut aliquis sit scrupulosq in una materia v.g. in recitatione horarum canonicarum, sed nimis laxus in aliis, puta in detractionibq, temerariis iudiciis C. quamobrem conscientiam suam iuxta regulas scrupulosorum dirigere non poterit, nisi in

illa materia, in qua scrupu-
losi reperiuntur.

Observandum est, denique 2do. Si quis
diversis anxietatibus agite-
tur, ac in suis actionibus me-
ticulosè nimis procedat ha-
rum autem anxietatum, ac ac-
tionum cum formidine elic-
tarum nullam causam redde-
re queat, tum demum fate-
dum est, eum istiusmodi scrupulosi-
tatis infectum esse, uti et
tunc, quando ea, quæ antea
prudenter indicaverat non
esse peccata, iam reputet ta-
lia, aut saltem operando
suspicatur, timet, formidat
sicque sine rationabili causa,
ne sint peccata. Et hoc est
generale signum hominis
scrupulosi; cætera autem
magis particularia si lu-
bet inde cap. praeced. Nunc
declarandum est, quomodo
talis scrupulositas remo-
veri queat.

Art. 5tus
De remediis generalibus Scrupulorum

Vndecim hic referemus regulas seu remedia generalia, quorum adminiculo conscientia scrupulosa deponi possit ac debeat.

1mum est humilis subiectio.
2dum honesta occupatio
3tium crebra ad deum ac sanctos oratio
4tum scrupulorum animosa pugnatio
5tum proborum virorum imitatio
6tum sacrarum scripturarum lectio.
7mum opinionis minus probabilis electio
8vum bonitatis divinae meditatio.
9num doctrix morum discretio
10mum sincera Dei dilectio.
11mum plena in deum resignatio. quae omnia sequentibus paragraphis expendenda nobis incumbunt.

§. 1mus

Humilis subiectio

Primum ac præsentissimum pro scrupulis sedandis remedium est, ut ait Valentia disp. 2. q. 14. "non viti iudicio et cogitatione suâ, sed credere ac se subiicere probis et sapientibus præsertim iis, à quibus quis regitur. hoc remedium omnia reliqua continet: nam qui eò utetur, huic facilè vir sapiens ac probus (: qualis vel maximè præsumitur confessarius:) reliqua etiam remedia suggeret, quæ sint ad præsentem scrupulosi hominis necessitatem accomodata. hæc ille. Summopere autem cavere debet, ne modò huic modò illi conscientiam suam pandat, sed unum ac stabilem eligat, qui tamen communiter ut probus ac doctus habeatur.

Neq; existimet scrupulosus se versari in periculo peccandi, dum contra judicium suum in omnibus sequitur judi-

cum alterius; Scire enim
eum oportet, quod opinio v.
g. Confessarii respectu Scru-
pulosi moraliter sit certa;
eoquòd à communi Doctorū
consensu approbatur; dum
aiunt Scrupulosum teneri
proprio judicio praeponere iu-
dicium Confessarii, aliorumve
virorum proborum.

Legimus de quodam discipulo
B. Bernardi: ait Divus An-
toninus hic S. Jo: quòd cùm
non posset deponere Scrupu-
los suos propter quod ad cele-
brandum non auderet accedere,
Dixit ei Bernardus: Vade,
Frater, et in fide mea cele-
bres. Obedivit ille simpli-
citer, et omnis ille Scrupulus
perpetuò recessit. Sed si
quis Scrupulosus diceret, sub-
dit D. Anton.: Utinam tali
esset Prelatus, qualis erat
B. Bernardus, crederem faci-
citer imperanti, et acquies-
cerem consulenti; nunc au-
tem cum superioris mei /:
seu Confessarij:/ parvā scien-
tia conspicio, non audeo meam

» conscientiam sua fidei com=
mittere. Ad quod obiectum
sibi sic respondet S. Doctor:
» quisquis ita dicis, et sapis, et=
» ras et deciperis; debes ergo
» ei obedire non ut homini, sed
» ut Deo iubenti, cuius vices ge-
» rit; vnde Luca 10 Christus
» dixit, qui vos audit, me audit.
Hactenus D. Antonin.

§. 2dus

Honesta occupatio

Secundum remedium est, ut homo scrupulosus nunquam vacet otiô, sed semper in negotiis occupatus detineatur. Hiê vel maximè illud D. Hieronymi ad Rusticum Monachum Epist. 4 adaptatur: Facito aliquid operis, ut Diabolus te occupatum semper inveniat. Ita scrupulus, quamprimum se menti insinuat instar impura suggestionis conversis ad alia obiecta cogitationibus, aut continuando id, quod coeptum erat repellere oportet; nam ut ipsimet experiuntur scrupulosi, quantò diutiùs animô volvitur scrupulus, tantò fortiùs ei imprimitur, ac

difficilius inde depellitur. Quā=
obrem expedit scrupulosum /: ita
concludit Lajman hic c. 6.: ne=
gotiis insistere, ne scrupulis va=
candi tempus suppetat.

§. 3tius
Crebra ad Deum ac Sanctos
oratio

Tertium remedium est, ut scru=
pulosus Dei ac SS: imploret
auxilium. Cum nesciamus, ait
Josaphat Rex ad Deum 3. Reg. 3.
quid agere debeamus: hoc soli
residui habemus, ut oculos nostros
dirigamus ad te; Hoc remedium
vocat Caietanus divinum, et me=
ritò; quia B. Jacobus in sua
Epist. c. 1. expressè dicit: Si
quis vestrûm indiget sapientiâ,
postulet à Deo, et dabitur illi.
Unde et Sapiens de se ipso testa=
tur Sap. 7. Invocavi et venit
in me spiritus sapientiæ. Quæ=
rite, inquit ipsamet incarnata
sapientia, et invenietis, pulsate,
et aperietur vobis; ergo /: ita
concludit Contenson hic cap. 2.
qui non invenit, qui non accipit,
cui non aperitur, hoc ipso non
petiisse, non quæsisse, non pul=
sasse convincitur; vel saltem

non tantùm petiisse quantùm res tanta petenda est; uel non eâ, quâ par erat cordis munditie et castimoniâ quaesiisse; uel non perseueranti deuotionis instantiâ pulsasse.

Rectè Sylvester verbô Scrupulus ait: Tertia s: regula: est continuatio deuotae orationis, quae est optimum remedium, sed eô scrupulosi parùm utuntur, et malè. Nam sicut Luraticus in Euangelio, qui scrupulosi aptissimam refert figuram s: quemadmodum enim ille nunc in ignem nunc in aquam se iactabat, ita iste modò in hanc, modò in illam iactatur fluctuationem, et anxietatem: s: sicut inquam ille Lunaticus curari non potuit nisi orationis adminiculô, sic scrupulus difficulter sanari posse uidetur nisi divinae invocationis subsidiô.

Multum etiam proderit si scrupulosus B. V. opem implorat, cùm enim Mater sit sapientiae, fieri non potest, quin det sapientiam piè à se petentibus eam. Audi D. Bernardum serm. 2. super Missus est. In periculis, inquit, in angustiis,

in rebus dubiis Mariam cogita, Mariā invoca; ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsā tenente non corruis, ipsā protegente non metuis.

§. 4tus
Scrupulorum animosa pugnatio.

Quartum remedium est, ut Scrupulosus operetur contra scrupulum seu conscientiam scrupulosam, hoc enim non solum licitū est, sed quandoqꝫ necessarium, ut communiter docent Doctores. Licitum quidem, Quia cum conscientia scrupulosa seu Scrupulus sit quoddam dictamen improbabile ac certo moraliter falsum; cum futilibus dumtaxat rationibꝫ fulciatur, sequitur manifestè, quod ei oppositū judicium sit certò moraliter verum. v. g. Scrupulus dictat horas canonicas denuo repetendas esse: hoc dictamen, eo quòd nullō fundamentō nitatur, est improbabile, ac certò moraliter falsum; ergo eius oppositum, nempe prædictas horas nautiquam repetendas esse, erit certò moraliter verum, cui inhærere omnino li-

citum est; quin et laudabile; quia sapientis ac prudentis est agere ex gravibus motivis, minimè verò ex frivolis rationibus.

Quòd autem quandoqz necesse sit contra conscientiam scrupulosam operari, facilè constat ex dictis; quia nimirum nisi scrupulosus id faciat, sæpe vertatur in manifesto tam capitis ac sanitatis, quàm æternæ salutis periculo. Est itaqz aliquando necessarium scrupulis actualiter reluctantibus se se opponere non solùm negativè illos contemnendo, ~~aut~~ et mentem ad alia diverterendo, sed etiam positivè contra agendo: sic si titibi dictat scrupulus expuendo in loco sacro in terram, te pecuare expue sæpiùs de industria, hoc enim modò clavus clavô pellitur. Quamquàm ut verum fatear ordinariè longè consultiùs ac salubriùs sit, huiusmodi scrupulos simpliciter contemnere; ut infra dicemus; quàm positivè eis contraniti; eoqud hac positiva contranitentia rationem habeat alterationis, quæ caput lædit, ac attenuat.

dices in articulo mortis Licitum non est sive negativè sive positivè scrupulis contra agendo resistere; ergo nec extra articulū mortis seu in vita.

Ad hoc sic respondet Sylvester verbô Scrupulus: In illo articulo multa faceret homo, quae tamen necesse non est, nec expedit facere in vita; quia homo tandem desperaret, nec fatuus fieret. hac ille. Nihilominus dico cum Layman et aliis, etiam tunc scrupulos contemnendos esse, ac contra eos agendum, quos videlicet neq; justus judex judicatum est.

hic c. 6.

§. 5tus

Proborum virorum imitatio.

Quintum remedium est, ut scrupulosus aliorum proborum hominum exemplū sibi ob oculos ponat, ac persuadeat, eorum viuendi normam suarum actionum esse regulam. Vnde cū incipit dubitare de honestate suae actionis, metuens Deum per eam forsan graviter offensum iri, tunc inspicat et faciat secundum exemplar proborum virorum.

Notanter dixi graviter offensum iri; nam si fluctuatio

versetur circa materiam levem, de qua nempe dubitat, an sit peccatum saltem veniale nec pro ne; tunc fatendum est, quod proborum vitam, agendique consuetudinem perpetuò imitari non possit, nec debeat, nam justus in die septies cadit. prov. 24. Atq; in multis offendimus omnes. Jac. 3.

Et in hoc multi errant, ac à via perfectionis deviant, dum enim sibi falsò persuadent absq; periculo ullius peccati etiam venialis se posse omnem semitam, modum ac consuetudinem viuendi à probis viris usitatam sectari, accidit, ut quibusdam vitiosis habitibus, aut inordinatis affectibus atq; imperfectionibus inquinentur, quibus afficiuntur iiquos ceu probos viros se posse imitari autumant, quò fit ut huiusmodi scrupulosi nunquam ad tranquillam conscientiæ ac vitæ innocentioris statum pertingant, ad quem eos Deus perduxisset, si maiori discretione usi fuissent, ac eius, quod mox subiiciemus, remedii usum sibi magis familiarem reddidissent.

Ceterum praestabit etiam, ut scrupulosus quandoqs se ipsum sibi repraesentet, praesertim si sit vir doctus, suamq mentem investiget, quid nempe consilij sibi alijs in simili casu consuleretur, daturus esset: solent enim plerumqs scrupulosi in alienna causa prudenter ac sine formidine judicare; et tunc hoc ipsum, quod alijs daturus esset, consilium tutâ conscientiâ amplecti poterit.

§. 6tus
Sacrarum Scripturarum Lectio

Sextu remedium est, ut scrupulosus lectioni librorum tum dogmaticorum tum mysticorum, si dummodo in literis eruditus sit: diligenter incumbat; cum enim scrupulus ut plurimum oriatur ex ignorantia, sicut supra dictum est, sic scrupulosus suo malo melius mederi non poterit, quam consulendo ac revolvendo Scripturas sacras, praesertim de doctrina morum tractantes; hoc enim modo eò tandem deveniet, ut per semet ipsum discernere sciat inter Lepram et Lepram, inter vitium ac virtutem, inter perfec-

tum et imperfectum. Qui pusillanimis est, et infirmus, ait autor operis imperfecti hom. 14 inveniet ibi ~~mediocres~~ justitiae cibos, qui etsi pinguem animum non faciunt, tamen mori non permittunt. Verè mens boni hominis, ait Blos. in Specul. Spirit. c. 10. ex spirituali doctrina multa praeclaraq; commoda recipit, nata et conservatur munda, et ignorantia deponit, et tranquilla redditur, et illuminatur, et nutritur, et excitatur et roboratur, et eximiu decorem accipit. haec Blos. Idcirco mi frater, sunt verba S. Ephrem de patient. vide, ne negligas animam tuam, sed Lectioni sedulò incumbe, ut mens tua illuminetur, fiasq; perfectus et integer in nullo deficiens.

§. 7.mus
Opinionis minùs probabilis electio.

Septimum remedium est, ut inter opiniones utrinq; à Doctoribus defensas ~~ex industria~~ scrupulosus quandoq; minùs probabilem eligat, ut sic per contrarium medium pertinacia rigida suae opinionis convincat. quidquid enim in quoddam extre=

mum vitiosè distortum est, ut
ad rectitudinem reducatur in al-
terum reflectendum est extre-
mum. Itaq; scrupulosò sententia
benignior interdum praferenda
est asperiori, ut sic inanes ~~abhinc~~
formidines, quæ in austeriora
quæq; magnò ferunturur impetu
depellantur; Sicut enim, ait su-
pra citatus Conterson, Libertinis,
corde duris, etiam mollitiem ac
indulgentiam propensis, cæteris
paribus, consilia severiora danda
sunt, ita teneris et infirmis scru-
pulosorum conscientiis mitiora
indulgenda sunt. † ~~n. fill. n. 102.~~
Præterea advertere debet scrupu-
losus, ut ait Arsdekin p. 2. tr. 1.
c. 1. quòd dum argit scrupulq,
nec suppetit aliunde consilium,
possit secundum communem Theo-
logorum ~~sc~~ ad quam vult partem
libere se resolvere, nisi certò illi
constet, esse peccatum. Cuius ra-
tio est; quia cum scrupulosus
ordinariè deprehendat in simili-
bus casibus sine fundamento se
fluctuasse, meritò et id modò pra-
sumere potest. Deinde, quod du-
bium est scrupulosò circa hones-
tatem actionis, hoc censeri debet
pro illo moraliter certum. Imo
scrupulosus propriè non dubitat
sed inaniter dumtaxat fluctuat,
ac formidat. Vnde præsens fluc-

† Hoc est privilegiũ conscientiæ scrupulosæ, minimè concedendum alteri.

tuatio est scrupulosis praesentissimum inanis scrupuli signum.

§. 8.vus
Bonitatis divinae meditatio

Octavum remedium est ut scrupulosus, praesertim si scrupuli ex quadam melancholia oriantur, de bonitate, de misericordia, de amabilitate Dei, de aeterna Beatitudine et huiusmodi, quae animum in spiritualem Laetitiam provocant, spem ac solatium augent, mentis tranquillitatem promovent, frequenter discurrat, ac meditetur; Illa autem, quae terrorem incutiunt, metumque ingerunt, ut sunt frequens meditatio extremi judicii, inferni, Item Lectio Librorum à rigidis authonibus conscriptorum penitus intermittat; sicut enim priora valent ad depellendas anxietates, eoquod cor dilatent, sic ista ad nihil scrupulosis inserviunt, nisi ut eum magis ac magis intimident, coarctent, ac coangustent undique.

§. 9.nus
Doctrix morum Discretio

Nonum remedium est discre-

dio, quæ planè doctrix est mo-
rum, moderatrix operum, ordi-
natrix affectuum, verbô virtu-
tum omnium condimentum;
Hæc itaqs à scrupulosis exigit
Xmo ut nihil supra vires ag-
grediatur, memor illius ada-
gii: qui nimis cupit, parùm
stringit. Veraciter Auctor
l. imit. Christi l. 3. c. 7. Qui-
dam, inquit, incauti propter
devotionis gratiam se ipsos
destruxerunt: quia plus agere
voluerunt, quàm potuerunt, non
pensantes suæ parvitatis men-
suram, sed magis cordis affectu
sequentes, quam rationis judi-
cium, Et quia maiora præsump-
serunt, quàm Deo placitum fuit,
idcirco gratiam citò perdiderunt.
Facti sunt inopes et viles relicti
qui in cœlum posuerunt nidum si-
bi, ut humiliati et depauperati
discant non alis suis volare, sed
sub pennis meis sperare. Sciat
itaqs scrupulosus, quòd sicut nemo
de repente fit pessimus, ita è con-
so nemo de repente fit perfectus.
Ibunt de virtute in virtutem,
ait psalmista, non in virtutes, † dicit
quia nimirum successivè fit mo-
tus ad perfectionem, et nemo uno
die ad Xma redire potest inno-
centiam.

2do postulat discretio à scrupu-
loso, ut ad doctrinam D. Augus-
tini probè attendat, ac ad eius
normam componere vitam ada-
boret; dum super illa verba
apostoli Rom. 6to non regnet
peccatum in vestro mortali cor-
pore, in hæc excurrit verba:
„ attendite sancti /: dico ego scrupu-
„ losi :/ quicunq; pugnatis ..... volu-
„ mus, ut nulla sint concupiscen-
„ tiæ, sed non possumus. velimus
„ nolimus habemus illas: velimus,
„ nolimus titillant, blandiuntur,
„ stimulant, infestant, ... ~~Exer~~
„ Exercete bellum, sperate trium-
„ phum, facite, quod potestis, quod
„ ait ipse apostolus: non regnet
peccatum in vestro mortali cor-
pore ad obediendum desideriis eius.
„ non ait non sit peccatum; sed
„ non regnet. Quamdiu vivis pec-
„ catum necesse est esse in mem-
„ bris tuis; saltem illi regnum
„ auferatur, non fiat, quod iubet.
hæc S. August. Itaq; formidare
aut anxiari nequaquam debet scru-
pulosus, si variis infestetur, ac
agitetur concupiscentiæ deside-
riis, dummodo eis assensum non
præbeat, non enim nocet sensus, si
desit consensus, imo quod resistentè
fatigat, vincentem coronat, ait D.
Bernardg.

3tio Exigit discretio à scrupulosio, ut advertat, ac pro indubitato habeat, nunquam committi peccatum, cuius malitia advertentiae defectu invincibiliter ignoratur; nam conscientia praesens non verò subsequens facit peccatum.

4to Exigit discretio, ut scrupulosus in aestu tentationis, qualis demum illa sit, nunquam discutiat, aut examinet, an praebuerit consensum nec ne; id enim nil iuvat nisi ad caput Laedendum ac se ipsum sine fructu vexandum; sed huiusmodi examen in vesperum, vel in aliud tempus reiiciat, interim ipse se blande convertat ad Deum dolens, si forsan eum offendisset, postea enim redditus tranquillitati longè verius de sua actione ferre poterit iudicium; Et si sit homo bonae voluntatis ~~communiter~~ ut plurimum deprehendet meras fuisse phantasias, inanesq; timores. Quod si verò quandoq; eum constiterit peccasse, nullam tamen in animum permittat subrepere pusillanimitatem, aut nimia anxietatem, neq; nimis scrupulosè perquirat, unde id acciderit, aut diutiq quam oportet defectu suum apud se (quasi fugiens à Deo) revolvat: sed citò se in Deum recipiat, et contrito atq; amanti corde ad Christum conversus (etiamsi sensibilis contritio non adsit) dicat: Domine, ego ad te confugio, culpam agnosco: propitius esto mihi peccatori. proijcio iniquitates et negligentias meas

in abyssum miserationū tuarum. renuntio omnibus quæ tibi displicent et quicquid tu non es, relinquo. propono per gratiam tuam corrigere me: abluere me pretiosō sanguine tuo. in te spero clementissime mi, et amabilem dexterā tuam, quæ me cadentem semper excipit, deosculor. Hac in Deum conversione deletur culpa, augetur gratia, et tranquilla conservatur conscientia.

§. 10mus

Sincera Dei Dilectiō.

Decimum remedium est, ut scrupulosus se totum Deo dedat, atqs totaliter conversus à creaturis se ad Deum sincerō charitatis amore convertat; Scire enim eum oportet, quōd nunquam veram pacem ac tranquillitatem animi nanciscī poterit, nisi ad eam charitatem pervenerit, quā cum sponsa in cælicis gloriari possit: ego dilecto meo, et ad me conversio eius. Cant. 7. Et hoc remedium meō judicio omnia alia facilē superat.

1mo Quia dilectio Dei timorem, qui perturbare iudicium consuevit penitus depellit, dicente S. Scriptura: charitas foras mittit timorē 1. Jo. 4. Item fortis est ut mors dilectio. Cant. 8. hinc benè Trithemius Abbas Spanheimensis. orat. de operat. div. amoris ait, Conscientia non poterit esse anxia, si cum dilecto per amorem fuerit concordata, nec erit amplius difficile conscientiæ tran-

quillitatem acquirere, ubi animus præter Deum nil in hoc mundo consenserit amare.

2do Dilectio Dei animum ita afficit, ut gestiat pati cruces variasq; afflictiones probè intelligens, quia in amore non vivitur sine dolore; quô fit, ut amans anima non reformidet sed potiùs requirat aduersa ad quod planè se excitare debet scrupulosq, si veram cordis pacem adipisci desiderat.

3tio Dilectio Dei minimè caput Ladit aut debilitat, à quâ tamen debilitatione omnino cauere debet scrupulosq, nam debilitatô ac lasô capite, hoc ipsô intellectus ac judicium eius redditur infirmu, ita quidem ut rectum de rebus judicium ferre nequeat. Quod autem dilectio neutiquam caput Ladat, quin potius ad removendam eius fatigationem conducat, ex eo evincitur; quia dilectio non est actus intellectus, sed solius voluntatis; constat autem per solas operationes intellectus, si videlicet vehementiores sint quam oportet cerebrum fatigari, nequaquam autem per actus voluntatis, ut pote, qui sine ullo labore eliciuntur. Eleganter devo-

tissimus idiota contemp. cap. 22.
Quare benignissime Domine Jesu
Christe, inquit, scio, quod dure
facile est te diligere, quod ex
hoc corpus non affligitur, pes non
pungitur, caput non dolet, venter
non laditur, lingua non vexatur,
quia dilectio proprie consistit
in anima, et inde sequitur, quod,
qui amat, non laboret.
Vnde suademus scrupuloso, ut
quam primum senserit debilita-
tem cerebrum, aut calore quoda-
tum affectum, blande ac suaviter se
se in Deum reuipiat, varisq; dilectio-
nis actibus, et si fieri possit scin-
tillantibus affectibus, unitiuis as-
pirationibus, flamigerantibus de-
sideriis, in pace in idipsum dormiat
et requiescat; sic enim removebi-
tur capitis fatigatio, priorisq;
restituetur sanitati, non sine ma-
gno animi profectu, nec volupta-
te minori.
4to. Dilectio specialiter illu-
minat intellectum: Vnctio enim
s. id est charitas s. docet nos de
omnibus 1. Jo. 27. Item praecep-
tum Domini s. nempe dilectio Dei s.
lucidum illuminans oculos ps. al.
18. Vnde amor, inquit Richar-
dus Victorinus l. de charit; ocu-

lus est, et amare videre est.

Adstipulatur D. August. dum in opusculo 65. c. 13. sic ait: anima media inter Deu et creaturas posita conversione ad Deum illuminatur ... conversione ad creaturas obtenebratur. Cuius rationem reddit citatus Trithemius praefata orat. sic inquiens: ~~Dum~~ Divinus amor se habentis intellectum mirabili magisterio illuminat; quia dum affectus per amorem, ab omni inquinamento purgatus fuerit, Lumen divinae illustrationis animo mirabiliter infundit. Et post paucis. Amor Jesu, inquit, plenitudo scientiae est, quoniam per ipsum amantibus sapientia infunditur, quae non amantibus negatur. ~~Demum~~ sic concludit: Illuminatur ergo anima iuxta mensuram amoris, quoniam quanto plus ad Deum per affectum inflammatum accesserit, tanto illud Lumen super intellectum splendidius cognoscit. Hac Trith.

Ex quo pala sit quam male sibi consulant, qui ut se à scrupulis eximant, ad externa solatia confugiunt, huc illucq; discurrunt, ut ~~scrupulos~~ eosdem sopire valeant. sed ~~ea~~ sane absq; effectu, sed absq; emolumento. nam sicut qui febribus correpti sunt, inquiete se iactant, atq; de una in aliam se versant partem; idq; tamen inu=

tiliter: ita, qui scrupulis afflictati sunt, frustra motu ac discursu, aut captatione terrenorum eos sedare ~~volunt~~ adlaborant; nam transactâ motûs ac discursûs solatioliqs horâ maioribus ~~excedunt~~ conscientiæ stimulis, ac gravioribus agitantur scrupulis; ~~quia soli=~~ ~~et prioribus novas hoc modo~~ ~~adiicere~~; non enim affectibus in regione inferiori animæ regnantibus acquiescendo, sed resistendo pax ac mentis tranquillitas acquiritur. Et sane quod dolendum est, sæpe aduertimus plures initiò scrupulosos et feruidos, deinde sublevandæ conscientiæ, ac relaxandi animi specie in ~~effrenem libertatem~~ effrenatam libertatem protendi; spiritu incipientes, carne uero consumantes.

Dices: Si hæc ita se habent; ergo scrupuloso minimè licebit amicorum conversatione, aut externis solatiis unquam frui; quod sane durum esset.

Adeo. Equidem huiusmodi conversationes ac solatia quædam externa interdum indulgenda sunt, præsertim pro capitis sublenimine, dummodò simplici, ac pu-

rissima intentione sumantur, atq; talia sint, quæ charitati nentiquam adversentur, nec animi pacem conscientiæve tranquillitatem perturbent; nam alioquin omnino essent intermittenda, eoquod scrupulosus nil magis in votis habere debeat, quam ut veram animi pacem adipisci queat, quam plane in silentio ac quiete atq; in dulcibus sponsi dilecti christi Jesu amplexibus longe facilius "sibi" comparare poterit? Unde iis aut similibus remediis semper præferenda est Dei dilectio.

? quam in externis animi levaminibus.

§. XI^mus

Plena in Deum resignatio.

Undecimum remedium est, ut scrupulosus postquam omnia, quæ hactenus adnotavimus, adhibuit remedia, nec tamen iis à suis scrupulis penitus liberari potuit, tunc sibi optimè consultum esse noverit, si se in Dei voluntatem totaliter resignet, ac pro certo sereat, huiusmodi scrupulos sibi à sola Dei voluntate immitti, quatenus videlicet in humilitate magis consolidetur, Deoq; magis uniatur.

Quapropter oportet, ut nimia sollicitudinem citiùs à scrupulis exemptum ~~fuerit~~ iri, omnino abiiciat, quin potiùs

totus in id incumbere debet, ut in
resignationem augmentum capiat,
quam si perfectè adeptus fuerit,
mirabitur se à scrupulis totali-
ter liberatum; fieri enim nequa-
quam potest, ut anxietas, pusilla-
nimitas, aut inanis formido in
homine Deo resignatum cadat.
Pone me iuxta te, et cuius vis
manus pugnet contra me, ait B.
Job c. 17. Nempe tunc non timebo
mala, quoniam tu mecum es. psal. 22.

Ratio autem fundamentalis est,
quod homo planè resignatus, cùm
~~omn~~ omnia de manu Dei suscipiat, ac aequâ lance penset, non
magis formidet aduersa quàm
appetat prospera; sicut enim
ei Deus in prosperis placet, sic
in aduersis non displicet; quò fit
ut huiusmodi homo summâ
animi tranquillitate perfruatur, ac proinde ab eo omnem anxietatem, omnem pusillanimitatem exulare necesse sit.

Novi quemdam, qui cùm plurimùm
aueret finem suis imponi scrupulis, nec tamen licet congruis
adhibitis mediis, quidquam aut

q in Dei voluntatem

saltem parùm proficeret, tandem ad exercitium resignationis conversus, studuit pro viribus, ut omnia de manu Dei gratanter susciperet, ac specialiter sollicitudinem pro sedandis scrupulis peritùs abiiceret, et sanè non sine maximo sui emolumento, nam quantò magis in hoc sanctissimo exercitio proficiebat, tantò magis anxietas seu scrupulus deficiebat; Unde specialem Dei ~~[illegible]~~ admiratus pietatem, qui eum à scrupulis liberare nolebat nisi per viam, quâ ~~ipsum~~ ad veram perfectionem evehereturac plenè Deo uniretur, in lacrymas solutus Deum imperfè rogabat, nè ~~se~~ permitteret, ut à suis eximeretur scrupulis, sed solum tribueret gratiam resignationis, probè intelligens ~~[illegible]~~, quòd si hanc nancisceretur, hoc ipso omnis scrupulus depelleretur.

Igitur, quisquis scrupulos è conscientia radicitus evellere peroptat, huic planè divino exercitio sedulò incumbat, et tunc cor eius sensim ac sensim dilatabitur, sicque tandem peritus à scrupulis evacuatum mirabitur. Et hac de remediis

pro scrupulosa deponenda conscientia in communi dicta sufficiant; nunc ad magis particularia descendamus.

Articulus 6tus

Quænam remedia inservient scrupuloso, qui angitur, num tentationi internæ non consenserit?

Solent communiter scrupulosi, cum malâ suggestione v.g. obscenâ cogitatione appetuntur continuò subsistere, eam ~~ille~~ identidem versare, ac longū desuper instituere examen hoc modò: qualis fuit illa cogitatio? diu ne ei inhæsit? aliquam ne in ea culpam contraxi, an debitam, ut oportuisset renitentiam adhibui, aut consensum in eam præbui? Vnde nam illa ortum habuit? aliqua ne mea hic intervenit culpa &c. Et hac ratione miselli cerebrum fatigant, caput obtundunt, mentem reddunt magis perplexam, meticulosiorē faciunt conscientiam, et se se ad insaniā propè redigunt.

Hi igitur 1mo noverint, quòd

non nocebit Scrupulos, ubi non est consensus, ut supra iam diximus, magisq; ex dicendis patebit.

2do eos credere oportet, se mortaliter nunquam deliquisse, nisi certò sciant. imo si ad extremum scrupulositatis devenerint, nunquam existiment, se mortaliter peccasse, nisi parati sint jurare se plenam de peccato suo advertisse malitiam.

3tio In æstu tentationis, autem illicò recedente nunquam disquirant, an consenserint nec ne, ut supra §. 9. monuimus, sed expectent, donec mens perfectæ tranquillitati reddita sit.

4to Plenam eorum signorum habere debent notitiam, quibus dignosci potest consensus vel dissensus in peccatum; sunt autem sequentia:

1. mtu. Si scrupulosus mox post tentationem dubitet, an non forsan consensum dederit, signum est eum non consensisse. Ratio est, quia perfectus in mortale consensus tanta est iniquitas, ut vix celari possit, sed potius mox se spectabilem præbeat.

Præterea scrupulosi à mortali

summopere abhorrent; constat autem, quod qui erga quoddam malum magno afficiuntur horrore, si quandam eo corripiantur, illud vel maximè persentiscant.

2dum Si ita affectus sit, ut malit potius mori, quam Deum unquam graviter offendere, ac identidem hunc renovet animum ac propositum, signum est, cum perfecto odio odisse peccatum, ac proinde favens stat pro eo præsumptio. quæ enim odio habentur, facilè discernuntur, si postea plenè amentur.

3tium Si nesciat an vigilanti an dormienti peccatum contigerit, judicet dormienti accidisse, quia si fuisset plenè sibi præsens ac vigilans, de hoc nequaquam dubitare posset.

4tum Si terreatur ac alio divertat mentem, quando magis peccati malitiam adverti, signum manifestum est, plenum non adfuisse consensu;

id enim palam faciunt terror,
ac tam subita mentis mutatio.

5tū Quando materia actionis
de se inferiori parti animæ
grata est, si tamen superiorem
partem non afficiat, signum Specialiter
est non adfuisse plenum consen-
sum; nam alioquin voluntas
suâ non caruisset delectatione.

Cæterùm qui horrendis infestantur
cogitationibus quasi Deum v.g.
crudelem, iniustum & conseant,
Sanctissimā vero virginem pecca-
tricem nuncupent. Venerabile
Sacramentum pedibus proculcent,
aut proculcare velint, quamvis hu-
iusmodi cogitationes usq; ad medulas
animæ ac proinde etiam ad volun-
tatem pertingere videantur. Nihi=
lominus ab earum consensu alie-
nissimi meritò censentur; eoquòdeas
magis patiantur quàm ament, cuius
tantò sint certiores, quò horribilio-
res sunt cogitationes. Cæsent
igitur se usquequaq; à Deo relictos
et gratiā illius excidisse conquen-
propterea quòd tam horrifica et
animō et cogitatione volvant. nulla
quippe in eis subest culpa, sed po-
tius suā resistentiā magnā sibi accumu-
lant merita et quanto magis à
Deo recessisse putant, tanto & perperam
magis ad eum accessisse similes
~~sunt~~ teneant

Articulus 7mus

Quomodo pravis occurrendũ sit cogitationibus

Equidem nonnullos inter scrupulosos reperire est, qui malâ recedente aut propulsatâ cogitatione minimè arguntur, certi ei nullum prabuisse consensum. At qualem modum ad eas propulsandas adhibere eos oporteat, plane ignorant: magnam siquidem vim sibi inferunt, ac miris ridiculisq; corporis motibus ac gestibus easdem à se removere satagunt. Enim vero nunc eos videbis multiplices formare cruces, nunc pectus, nunc tempora constringere, nunc frontem corrugare, modò caput agitare, modò totũ corpus in aliam partem versare, modò occludere oculos, modò incepta quadam proferre, aut interdum voce aperta repetere: nolo nolo, nolo, non facio, recede diabole! nisi enim hæc aut similia prastiterint existimant se iam consensum prabuisse.

Hi plane insolentibus hisce medijs plurimũ sibi officiunt, caput enim magis ac magis vexant, et cerebrum fatigant, a quo, ut supra iam monuimus,

omnino cavere debent scrupulosi;
nam praeterquam, quod per hoc
eorum perturbetur iudicium, fiunt
praterea ita perplexi, ut sibi
ab oratione, meditatione, ac lec-
tione aut simili spirituali exer-
citio timeant, imo eo tandem
deveniant, ut nequaquam audeant
rememorare praterita, prospicere futura
~~futa~~, imo vix cogitare praesentia.
rati his aut similibus caput ob-
tundi, cerebrumque fatigari, sed
decumanus est iste error, liquide
cerebri debilitas et capitis obtu-
sio ab ineptis modo recensitis
motibus, ac operosis mentis re-
flexionibus, necnon ab inani ap-
prehensione, timore, ac formidi-
ne oboriuntur; quod et ipsa
naturalis ratio dictat; metus
enim suscitat vehementem cogi-
tationem, ac rem obiectam forti
quadam cogitatione, consideratio-
ne, ac ponderatione altius ac
profundius memoriae infigit,
quod sane absque capitis fatiga-
tione nequaquam fieri potest.

Jam, scire desideras, qua
ratione, quove modo prava pro-
pulsanda sint suggestiones?
R. deo Vnanimem Doctorum esse
sententiam ad eas repellendas,
nulla opus esse altercatione,
aut contentione caput videlicet
vexando, aut ullam imaginationi
vim inferendo, sed eas cum tran=

quillitate animi contemnendo, mentem aliò divertendo, aut continuando, quod iam coeptum erat, ut supra iam insinuatum est. Res sitè huiusmodi exemplò palam fieri potest. Catelli, si praetereunte allatrent, is autem nihil eos moratus ulterius progrediatur, pergatq; quò coepit, pedo, illicò allatrare cessant, abeuntq;. Ad hunc plane modum in hisce suggestionibus res se habet, si enim contemnuntur, facilè silent, ac recedunt.

Quod si tamen malâ propulsatâ cogitatione mox "cadè" redeat, bonò nihilominus sit animò; aliud enim est impugnari à vitiis, et aliud expugnari, quamdiu tibi, ait Blosius, displicent ipsa vitia, et eis ratione ac voluntate repugnas, non elongaris à Deo, quantumlibet illa infesta sint ac molesta. Et post pauca subdit. "Qui vel semel vanae sui complacentiae consentit, deformior in oculis Dei redditur, quàm si multis annis incidentias etiam pessimas citra sum consensum sentiret. Saviant, ut possunt maligni spiritus, titillet ac stimulet caro, anima, quae deliberatâ voluntate se ad

; nam, ut sepe iam diximus, non nocet sensus, si desit consensus;

"pravitatem non convertit, gra-
"tiâ Dei non amittit. hæc Blos.
in Spec. Spirit. c. 6.

~~Ex dictis iam~~

Ex his iam facilè resolvitur,
quomodò scrupulosi non solùm
circa cogitationes obscoenas, sed
etiam circa dubia fidei ac teme-
raria judicia, quibus summopere
vexari solent, se habere debant.
Nimirum non positivè, sed po-
tiùs negativè ea impugnando,
v.g. suggerit scrupulg. fieri
non posse, ut Christus verè sub
speciebus Eucharisticis latere
queat. tunc non debet scrupu-
losus elicere actum fidei circa
præsentiam christi in hoc vene-
rabili Sacramento, sed facilius
cludet scrupulum, impossibilitate
huius mysterii obiicientem "si men-
"tem alò divertat. Pari modo
videt scrupulosg, quemdam paulò
liberius iocantem, mox mentem
eius subit cogitatio: En luxurio-
sum hominem. Tunc illico animum
alò reflectat, aut si malit Res-
pondeat interne: Sit Luxuriosg
quid tum? quid ad me? Sit talis
viderit ipse? hoc enim modò
facilius vincet scrupulum, quà
operosè rationes inquirendo, quibus iudicet casum. ✝ hominem

Articulg 8.vus

Quanam remedia iis, qui circa horas canonicas scrupulosi sunt inservire possint?

Quando quidem scrupuli circa hanc materiam ut plurimum ex ignorantia oboriuntur, hinc scrupulosis summè necessarium est, ut Auctores de horarum Canonicarum obligatione tractantes consulant. interim tamen eos sequentia notare velim.

Primo, ut omnino caveant, ne cerebrum torqueant, caput diversas attentionis habendæ causâ; nam huiusmodi extorta attentiones deo nequaquam placere possunt, eoquod hominem ob fatigationem cerebri deinceps ad munia sua ritè obeunda ineptu reddant, quin propè ad insaniam redigant; Itaque placide, suaviter ac hilariter suas persolvant horas canonicas; hilarem enim datorem diligit Deus.

2do qui recitavit horas canonicas non potest dubitare de habita intentione ad eas requisita; sufficit enim habitualis, quia abesse nunquam præsumitur.

3tio Si contingat inter orandu

variis cum perturbari ac infestari distractionibus, quod maximè scrupulosis evenire solet, propter metum ac anxietates, quibus corripiuntur, dum Deo servitutis suæ persum persolvunt; nil quidquam repetat, minus disquirat, an voluntariè distractus fuerit, an verò dumtaxat involuntariè, sed interim humilians se coram Domino, ac agnoscens suā infirmitatem, cordisq; instabilitatem, coeptā meliori, quō poterit modō, continuet horam canonicam.

2.to Quō Liberiū persolvat horas caputq; tantisper sublevet, noverit ei neutiquam expedire, ut semper ad sensum verborū attendat, sed quandoq; consultum erit, ut eō dimissō varios actus virtutum, puta fidei, spei, charitatis eliciat, aut aliās pias placidè foveat cogitationes. hæc enim non sunt distractiones, quēadmodū autumant scrupulosi, sed potiùs orationū ornamenta.

~~3.to Tutā Conscientiā, dū cum angit scrupulus suadetq; repetendas esse horas canonicas amplectiq potest opinionem eorum qui dicunt non requiri ullam attention~~ 3.to Docent quidam, quod dum angit scrupulus, suādetq; scrupuloso repetendas esse horas canonicas is sat tutā conscientiā amplecti possit opinionem eorum Doctorum † Hostiensis videlicet, Turrecrem. Ang. Anchar. Vmbert. Armil. S. Anton. Med. Rosel. Dur. Abb., aliorumq; multorū, apud La croix l. 4. n. 1341. qui dicunt non requiri ullam attention internam sed tantùm externam ad essentiā orationis, ac proinde qui voluntariè distrahitur ~~in recitatione horarum~~ canonicarū satisfacere præcepto, dūmodò cum attentione externa, intentionem habeat Deum laudandi; ~~qui~~

Quod remedium non improbamus nam licet ea quam præfati doctores ferunt, falsa esset, sententia inde tamen vix quidquam periculi scrupuloso timendum esset, ~~eorum~~ ~~quidquam~~ ~~quapropter~~ ~~ratione~~ ~~supra~~ ~~parag. 4~~ ~~capitum~~ ~~tum etiam~~ ~~quapropter~~ ~~plenum~~ ~~laboris~~ ~~scrupulosos~~ a voluntariis distractionibus abhorrere nec facile sese iis implicare, ac proinde cos plerumque trepidare, ubi non est timor. *

~~Sententia~~ ~~[illegible]~~ ~~esse~~ ~~[illegible]~~ * Unde Scrupuloso suademus, ut in recitatione horarum canonicarum, externam attentionem s: abstinendo videlicet à confabulationibus, oculorum circumvagationibus, aliisq; adorationem impertinentibus :/ adhibere satagat † ~~de cætero~~ ut tunc fit absq; metu, nec quidquam de opere divino sibi ‖ unquam repetendum esse existimet, nisi ‖ aliunde certo sciat, culpam mortalem in eo persolvendo admissam esse. Et hoc maximè etiam evincitur ex benignitate Matris Ecclesiæ, quæ suos filios cum tanto gravamine, ac sæpe cum periculo amentiæ obligare minimè præsumenda est.

† quod si id præstiterit non deerit ei attentio etiam per sufficiens ad impletionem ~~interest~~ præcepti, quapropter prorsus consonum est,

Quod et iis probè notent, qui circa alia Ecclesiæ præcepta varios patiuntur scrupulos; nam secundum D: Anton. supra cit. §. inter duram et benignam circa præcepta s: Ecclesiæ :/ sententiam benigna potius cæteris paribus interpretatio est facienda; cuius inter alias rationes hanc etiam reddit; quia scil: præcepta Ecclesiæ non sunt ad tollendam omnem spiritualem dulcedinem, quæ certè tollitur, quando nimis

scrupulosè, et timidè praecepta interpretantur. Consule S. Doct. cit. locô; valdè enim eleganter ibidem de hac tractat materia.

Porrò quae dicta sunt circa recitationem horarum canonicarum, proportionaliter intelligenda sunt de celebratione Missae, Secundùm quam doctrinam Neomijsta scrupulosus actus suos tutò regulare poterit.

Articulus 9.nus

Quomodo scrupulosus circa confessiones se gerere debeat.

Scrupulus circa confessiones magis grassatur apud indoctos, quàm doctos et hoc praecipuè ob defectu scientiae; Vnde Confessariorum est, huismodi homines instruere. Juvat tamen hic desuper pauca subdere.

Noverit igitur "A.mo" scrupulosus, ei summopere expedire, ne leviter confessionem reiteret, "sed peccatis mortalibus, ut ait Taulerus," in ea detectis, et satisfactione peractâ, cetera Deo ~~Christi~~ et humiliter relinquenda sunt, ac interim remorsus, qui exoriuntur s: donec ille per gratiam suam hominem liberet allevietqs: patienter ferendi, cum humili in divinum placitum resignatione. Haec ille apud Blosium de consol. pusill.

Hinc si Scrupulus suggerat peccatum vel esse omissum, vel amplius declarandum, aut circumstantia minus benè explicatam

† Scrupulosus

rursus confitendam, nihil horum omnino faciat; hoc enim modo nequaquam peccat, quamvis forsan aliquid huiusmodi omissum aut non sufficienter declaratum fuisset; quia ita agens prudenter operatur, ut omnes conveniunt. Et ideo caveat summopere, ne peractâ confessione denuò investiget Conscientiam, cùm huiusmodi investigatio sit aperta satanæ tentatio, quatenus nimirum Scrupulosum à Sacra communione removeat, aut fructu eius per nimias anxietates diminuat. Vnde consultissimum est, ut hanc Scrupulosam investigationem per alia pia exercitia præsertim ad amorem divinum conducentia excludere adlaboret.

Secundò Scrupulosus non tenetur ad tam accuratum eiusq; peccata præterita instituendum examen, quemadmodum alii, qui nulla sunt infecti Scrupulositate; si enim continuum conscientiæ remorsum propter actiones minimè aut saltem non nisi leviter peccaminosas patitur, quantò ma-

gis cum diuexat, ac proinde continuò ante oculos mentis uersatur peccatu mortale, si forsan in quoddam lapsus fuerit.

3tio Quamuis in peragendis confessionibus, nil magis poenitenti in votis esse deab debeat, quà ut uerù elicuit dolorem in firmo emendationis proposito, in hoc tamen minimè angi debent scrupulosi† praesertim si dolorem sensibilem non persentiscant, verus enim dolor ad peccatorum expiationem necessarius magis in ratione, quam in sensibus consistit. Itaq; dummodo excludatur affectus ad peccatum, meritò praesumere possunt de sufficienti dolore, positò quod ad eum eliciendum debitum adhibuerint conatum.

† Scrupulosus

4.to denique abstineat à uerbosis confessionibus. "Hortor, ait Joannes Ruisbrochius, ut maximè caueas prolixas et uerbosas confessiones; nam turbabunt pectoris tui pacem, et erroribus ac scrupulis te implicabunt; si enim utaris in confessione multis uerbis non necessariis puta in enarrandis peccatis ueniabilibus, magisq; uelis tuo labore, quam pie deo confitendo in huiusmodi minoribus

„ culpis conscientiam tuam reddere
„ pacatam: Semper manebis divi-
„ na illuminationis expers, nec à
„ Deo doceri poteris; atq; ita fiet,
„ ut inter grande et exiguum, in-
„ ter maius et minus peccatum, vel
„ defectum tuū discernere ne-
„ queas; cumq; aliquid pretermise-
„ ris, quod sis assuetus confiteri,
„ licet non sit ~~[illegible]~~ exprimi necessarium,
imaginibus vexaberis, atq; ani-
„ mi angore ac moerore contra-
„ heris, perinde quasi confessus non
„ sis, et forte multò amplius; nā
„ conscientiam tuā, quam fide, spe,
„ et charitate prædita esse opor-
„ teret, formido, anxietas, et priva-
„ tus erga teipsum amor occupabunt.
„ quæ sane caveanda tibi sunt. hac-
tenus Ruisbrochius apud Lauda-
tū Blosiū de consol. p. c. 6.

Articulus 10.mus

Quænam observanda sint cir-
ca directionem
scrupulosi.

Ars artium est regere animas di-
cebat olim magnus ille Pontifex
D. Gregorius. Verissimum sane
effatum, præsertim si ad animas
scrupulosas referatur, ut et ipsi
experiuntur, quibus huiusmodi
animæ concredita sunt. Vnde
operæ pretium est, ut pro coro-

nide huius capitis, quædam hic ad directionem scrupulosi accomodat subiiciamus. Et quidem

q ex communi Dd: Sententia

1mo Qui suscipit onus scrupulosam dirigendi conscientiam, ei ~~pra~~ in primis incumbit, ut scrupuloso persuadeat, sibi cum Patri spirituali simpliciter obediendo etiam contra proprium judicium errare non posse. Vade non abs~~ta~~re erit, si sponsionem obedientiæ, confidentiæ, ac apud ipsum constantiæ abeo exigat.

2do Disquirat, in causam scrupulorum, quâ detectâ convenientia pro ratione eorumdem adhibeat remedia s. de quibus supra. Caveat autem ne nimiâ austeritate afflicto afflictionem addat, memineritq; calamum quassatum non conterendum, sed potius blandè eum consolatur ac interdum suaviter irridens, dum minus prudentia proponit dubia, inbeat esse bono animo, modò sibi obedire neutiquam detrectet. Juverit tamen interdum, dum nimis frequenter recurrit ac minus rationabilia proponit, eum nullo dignari responsò, sed potius moderatâ ob suam pusillanimitatem obiurgatione factâ dimittere; sic enim magis assuescet, ex generalibus principiis sibi practicè formare conscientiæ

3tio oportet, ut eorum dubitationes perpetuò in benignioré interpretetur partem, nunquam hæsitans, aut distinctionem usurpans, sed simpliciter enunticans neq; sui dans rationem responsi; nisi noverit per illud scrupulosum omnino convincendum, vel aliàs scrupulos magis ab ignorantia, quàm ab alia causa provenire pro comperto habuerit.

4 Scrupulosus

4to Posito, quod tantehac minus christianè vixerit, disponendus est ad confessionem generalem, quæ si mentem eius necdum pacatam reddere queat, equidem mundandæ eius conscientiæ gratiâ permittatur ut peccatorum suorum incidentias ad summum usq; quæ fer confiteatur, ac demum examen super præteritis instituere penitus omnino prohibeatur, ut potè de iis non audiendus; nam quamvis forsè quædam necdum confessus fuisset, non teneatur tamen cum tanto damno ac periculo perpe-

7 perplexitatis vel etiam amentiæ

tuæ anxietatis & procurare integritatem materialem confessionis, cum sæpè minora incommoda ab ea exuisent, Et alioquin peccata fortassis omissa per-

præteritas confessiones indirectè remissa censeantur. ✝

5.to Nunquam permittat Confessarius ut Scrupulosus sibi confitea=tur dubia, quemadmodum communiter monent Doctores; nam quæ apud alios sunt dubia, apud scrupulosos rationem habent scrupuli cuius nulla datur confessio. Quod si non acquiescat addita etiã obiurgatione à rigidæ mentis suæ sententia eum revocare studiosè adlaboret.

6.to Si post confessionem statim recurrat ad Confessarium animô quædam omissa manifestandi, ad sacram dimittatur sinaxim etiam non auditus; quia hi recursus videntur quidem scrupulosis perutiles, sunt tamen ei valde nocivi; siquidem per eos nutriuntur scrupuli, ✝ mentisq; fluctuationes Si tamen tunc non acquiesceret scrupulosus, quærat ab eo Confessarius, an paratus sit etiam juramentô confirmare, se modô velle confiteri quoddam peccatum, quod sit esse mortale, quodq; nunquã est confessus; et tunc si eum ad jurandum expeditum animaduverterit, meritô audiendus est. Secus certe dimittendus, quia per hoc palã fit eum non esse certũ de peccato, a se commisso, vel non confesso. ✝ Hactenus de scrupulorum remediis tum in genere tum in specie.

Cæterum si contingat Scrupulo-

✝ ~~Ita Sanchez~~ Sa, Sanch C.

✝ ac proinde talem recursum non nisi proponendæ dubitationis cuiusdam gratiâ fieri cuius apud confessarium nulla à scrupuloso, ut modo dictũ datur debet accusatio

Sam conscientiam ex prava corporis
constitutione oriri, eam ex Theolo-
gia ad Scholas Medicorum able-
gamus, hoc unum commonefacien-
tes, ut Scrupulosus magis utatur
frigidis, quam calidis; Solent
enim Scrupuli summopere exsic-
care naturam, ac multiplicem in
corpore excitare calorem, quo fit
ut caput doloribus non mediocri-
bus subinde afflictetur, quos pos-
tea sequi consuevit attenuatio
ac debilitatio cerebri; hinc ut
palam est, ante omnia debent ca-
uere Scrupulosi, ne vinum bi-
bant in abundantia, sed potius
eo parcissimè et quidem aquâ suf-
ficienter dilutò utantur, qua-
tenus calores per violentos cor-
poris motus, ac vehementes men-
tis agitationes excitatos tanti-
per sopire valeant; Quod uti-
nam peritius à Scrupulosis ob-
servaretur; accidit enim, ut ple-
rique eorum, memores illius Sapien-
tis: vinum lætificat cor hominis
illud non sine quodam temperan-
tia excessu interdum hauriant,
quatenus nimirum saltem ad tem-
pus suis releventur angustiis, ac
sedatis interim scrupulis, ad men-
tis tranquillitatem hora repare-
tur, sed planè minus prudenter;

vinum quippe largiori sumptu abundantia, praterquam quod maiores adhuc in corpore generet calores, insuper etiam caput pravis replet humoribus, illudq; prae nimia eorum densitate, ita obtenebrat, et obturdit ut vim iudicandi quandoq; amisisse videatur. Sed hac magis ad Medicos pertinent unde, ut iam diximus, ex Theologia ad scholas Medicorum ablegarda sunt.

Reflexio

Considerare iam nos Libeat, quam suaviter et amorose pientissimus Dominus cum electis suis cuncta disponat, dum quod plurimum sibi nocere plenisq; eorum conscientiae scrupulis ac mentis angustiis pressi arbitrantur, ille ad summam eorum utilitatem inflectit; quamvis enim ipsi multorum se criminum reos existiment, tamen coram Deo veri magnisq; martijres sunt, ut ait Henricus Suso apud sape laudatum Blos. de consol. pusill. Negari enim non potest, quin longe intolerabilius sit huiusmodi perpetuam mentis afflictione ac conscientiae carnificina discruciari, quam uno carnificis ictu vitam amittere. Sed consolamini popule meus, confortamini pusillanimes, quia ego Deus vester ita alloquitur Dominus quemlibet pusillanimem ac scrupulosam

animā per Isaiam Prophetā. Isai. 55.
nec non etiā per Prophetā Ezechielē in hæc ver-
ba: Et scietis, quia ego Dominus cum
bene fecero vobis propter nomen
meum. Ezechiel. 20. Sustine itaq;
modicum, o anima scrupulosa, fa-
ciet enim Deus cum tentatione pro-
ventum; scito, nil ita fixum esse
animo, quod successu temporis non
obsolescat, modò patientiæ ac
longanimitatis virtutem non amit-
tamus, humiliemusq; animas nostras
sub manu Dei potenti. 1. Pet. 5.
Nam alioquin reluctando, ac re-
luctando nihil proficimus, sive
enim velimus, sive nolimus, opor-
tet, ut sustineamus.

Apposite memoratus Henricus
suso sit locō: ~~in hac excurrit~~
~~verba~~: "contingit, inquit, nonnullis,
" sicut alicui iuveni, et indomito equo,
" qui vehiculō adstrictus, dum ex ni-
" mia fatigatione et lucta perpe-
" tua maceratur, nec evadendi consi-
" lium invenit, animō demissō mo-
" destius sese habere incipit: ita
" et isti (scrupulosi) quamdiu suis
" adversitatibus reluctantur, et se
" nedum ex toto divinæ volunta-
" ti ad sustinendum æquanimiter
" pro amore ipsius omnem adver-
" sitatem resignarunt, satis gra-
" viter affliguntur, tamen eas sus-
" tinere oportet, donec misericors Deus

„ ipsorum laborem et patientiam
„ consideret, qui etiam novit
„ quando eis ab huiusmodi expa-
„ dat liberari. Et ideo nil ita
„ necessarium est, quam se humi-
„ liter ad ipsas afflictiones, cons-
„ cientiæ remorsus, mentis anxieta-
„ tes, sustinendas resignare et
„ offerre, quamdiu Domino pla-
„ cuerit, eiusq; patienter auxilia
„ implorare. Hactenus ille

Quod si tamen illud nimium
differre tibi videatur, ac prop-
terea scrupulositas tua in nimia
pusillanimitatem fractiq; animi
dejectionem ac inertiam degene-
rare incipiat, scias, quia sic ci-
tò subvertetur domus tua, et
in magnum te conicies æternæ per-
ditionis periculum. Quapropter
noli amittere confidentiam, quæ
magnam habet remunerationem,
sentito de Domino in bonitate
et in simplicitate tua quære
illum; veniens, quippe veniet
et non tardabit, quando tempe
saluti tuæ congruum esse noverit;
Idcirco te toto Deo committe,
et agnosce, quòd te ipsum munda-
re, ac sanare nequeas, sed in
omnibus Dei misericordia egeas;
noli tranquillitatem conscientiæ
ex repetitis confessionibus, sed
potius ex Dei miserationibus pe-
tere; ha enim sunt, quibus iusti-
ficaberis, ac pacem quietemq; cor=

dis nanciscaris. Senties proinde dubiò longè uberiorem fructum, si quomodò Deo placeas, ei te resignes, eumq; diligas, studiòsè curas, quam v.g. si ea, quæ fortè iam confessus es, denuò confitearis, aut pro obiecto cogitationum tuarum tibi peccata tua, aut, quæ tibi videntur peccata, ponas; nam dum sic in scrupulos putas eosdem exhaurire inquiris, novos tibi semper generas, et parturis: Relictâ igitur peccatorum aut scrupulorum imaginatione, magnâ cum fiduciâ ad Deum convertere, cum eo de peccatis, de infirmitatibus, de defectibus tuis pertracta, inde fiet, ut defectuum tuorum accusatio in orationem conversatur, et conscientia tua serena, pacata, ac munda efficiatur.

Caput quartum
De Conscientia bona et mala.

Quamquam interdum in decursu huius tractatûs præsertim c. 2. tum de bona tum de mala conscientia quædam ~~specialiter~~ pertractata fuerint; ordo tamen huius dissertationis exigere videtur, ut hic specialius ac or-